

6711.

1362 november 27.

Eskilstuna.

Anund Bosson befullmäktigar Nils Larsson att låta fastfara 13 $\frac{1}{2}$ örtugland i Svedlunda by, som han genom öppet brev (SD 6710) överlätit till johanniterklostret i Eskilstuna.

Orig. på perg. (20 × 9 cm; 8 rader), Sv. Riksark. (= RPB 566).

Omnibus presens scriptum cernentibus Anundus Booson salutem jn domino sempiternam / Tenore presencium constare volo coram omnibus euidenter · me · viro discreto Nicholao Lafrinzson facultatem specialiter commisisse/relligiosis viris · priori et fratribus domus hospitalis sancti *Johannis Jerosolimitanj* in Eskilstuna tredecim solidos terre cum dimidio · in villa Swinalundom sitos · quos eisdem priori et fratribus per appertas litteras meas quas habent ad perpetuam possessionem dimiseram · debitis · loco et tempore · per tradicionem legitimam dictam fastæ · meo nomine resignandj · Scriptum jn testimonium huius commissionis sub sigillo meo · anno dominj MCCClxsecundo dominica prima aduentus

På baksidan: littera Swinalundum
j (brevsignum)

Sigillet borta liksom den ur brevet skurna remsan.

6712.

1362 november 28.

Avignon.

Universitetet i Paris bönfaller hos påven för magistrarna i artes-fakulteten om vissa ämbeten eller nådevedermälen och om att bullorna härom förses med vissa uppräknade och andra nödiga klausuler, att det påvliga kansliet icke måtte lägga hinder i vägen på grund av bristfällig formulering av enskilda suppliker och att nödiga förbättringar därav uppdragas åt påvlige vicekanslern.

Artes-fakulteten är indelad i 4 nationer, den gallikanska, den picardiska, den normandiska och den engelska, och den gallikanska nationen i 5 provinser, nämligen Paris, Sens, Reims, Tours och Bourges, vilka alla påven bedes visitera. — Om påven önskar förrätta examen med dem, som bli delaktiga av hans nåd, ber fakulteten, att den förrättas i Paris, så att intet avbräck sker i studierna och de studerande ej utsättas för risker på de farliga vägarna.

För magistrarna i engelska nationen, vilka komma till högskolan i Paris från Tyskland och kringliggande riken, såsom Ungern, Böhmen, Polen, Sverige, Danmark, Norge, Skottland och England, och varav många studerat i 10, 7 eller 5 år och förtärt sina egna eller ärvda tillgångar och ej ha råd att resa till påvestolen, är det särskilt önskvärt, att deras ansökningar beviljas, även om supplikerna äro bristfälliga.

Bl. a. supplicerar universitetet, att magister Johannes Thorstani, präst i Strängnäs stift, provideras med kanonikat och första lediga prebende i Uppsala, oaktat han innehar kanonikat och prebende i Strängnäs samt Floda sockenkyrka i samma stift, vilkas avkastning ej uppgår till 30 guldfloiner. — Detta bifalles av Urban V. — Jfr bullan, SD 6713.

Reg. Supplic. 36, fol. 132 r, 156 r—v, 158 r, 160 r, Vatikanark.

Tryckt: (fol. 132—160, delvis i utdrag) Chartularium Universitatis Parisiensis III (1894), n. 1265; (fol. 156 r—v, 160 r) Monumenta Bohemiae Vaticana III (1944), n. 28.

Monumenta Poloniae Vaticana III, Analecta Vaticana 1202—1366 (1914), n. 419, s. 399 f.

Fol. 132 r. Rotulus facultatis arcium Parisiensis.

Supplicat sanctitati vestre · deuota filia vestra vniuersitas magistrorum Parisius studentium quatinus de solita benignitate vestre clemencia¹ in personis magistrorum in arcium facultate actu regencium gratiam specialem facientes eisdem magistris inferius

nominatis de beneficiis infrascriptis officiis vel aliis graciis seu alias sicut petunt / et in eorum supplicacionibus continetur misericorditer dignemini prouidere / Cum acceptacione inhibitione decreto certis executoribus deputatis et clausula anteferri / et cum omnibus non obstantibus / et aliis clausulis opportunis / et quod omnes dicte particule et clausule / et eciam ad collacionem^a presentacionem seu quamuis aliam dispositionem in dictis graciis in quibus ad collacionem aliquorum supplicatur pro repetitis habeatur .

Item quod illa clausula eciam si in ecclesia cathedrali existat in dictis supplicacionibus in quibus petitur in cancellaria transseat¹ / et pro concessa a sanctitate vestra habeatur / non obstante quod forte propter laborem vel ex inaduertencia omissum fuerit signari vel adderi . Fiat eciam si in ecclesia cathedrali existat .

Item quod si alicque graciaram inferius per sanctitatem vestram signatarum reformatione aliqua indigeant sine qua dicte gracie non valerent / earum reformationem dignemini committere domino vicecancellario / qui auctoritate vestra eas teneatur reformare taliter quod dicte gracie effectum sorciantur .

Item . cum dicta facultas arcium in hoc rotulo sit diuisa in quatuor naciones / quarum prima est nacio Gallicana / secunda Picardorum . tertia Normannorum / et quarta Anglicorum / et in nacione Gallicorum sint quinque prouincie / quarum prima est prouincia Parisiensis . secunda Senonensis . tertia Remensis . quarta Turonensis / et quinta Bituricensis / dignemini pietatis intuitu quamlibet dictarum nacionum visitare / et eisdem vestram largifluam gratiam impartiri .

Item si sanctitas vestra duxerit ordinandum vt illi quibus per eandem sanctitatem gracia fiet examen subire teneantur dignemini hoc committere Parisius ne ipsi a studio distrahantur / ac eciam propter viarum pericula et discrimen . Et quod transseat sine aliqua alia lectione

Nacio Gallicana

Fol. 156 r—v. Rotulus nacionis Anglicane

Sanctitati vestre supplicat insuper deuota filia vestra vniuersitas Parisiensis pro omnibus et singulis magistris actu regentibus in arcium facultate Anglicane nacionis sub qua nacione continentur et reducuntur omnes ad studium Parisiense venientes de Imperio fere omnes Alamannj / et alij de alijs / que in circuitu sunt regnis videlicet Vngarie / Bohemie . Polonie / Suecie / Dacie / Norwegie / Scocie / Anglie Ybernie etc. quorum inquam magistrorum fructus non modicus ipsos reddit commendatos toti mundo nempe quidam ex ipsis decennio¹ / quidam septennio / alij quinquennio / et sic deinceps propriis laboribus et patrimoniis labores maximos in studiis hiis grauissimis temporibus portauerunt / nec limina vestre sanctitatis poterant visitare carentes sumptibus / et expensis / nec alijs rotulis ab vniuersitate missis quicquam gracie fuerant consecuti cum tamen digni mercede laborum suorum notabilium estimentur / quos ob hoc premiare dignetur sanctitas vestra misericordia plena eisdem iuxta petitionum suarum infrascriptarum continencias de beneficiis ecclesiasticis seu aliis graciis specialibus misericorditer prouidendo cum acceptacione inhibitione reseruacione decreto / et clausula anteferri cum omnibus non obstantibus et clausulis opportunis ac executoribus deputatis ut in forma et hoc in qualibet supplicacione seu petitione infrascriptis cum non obstantibus specialibus pro repetitis habeantur

Jtem dignetur sanctitas vestra committere domino vicecancellario quod si aliquis uel aliqui magistrorum predictorum supplicationes seu petitiones suas in hoc presenti rotulo minus apte vel inutiliter formauerint aut in aliquo defecerint seu inutilis assignacio semel vel pluries vnj vel pluribus eorum fiat aut gracie seu bulle reformatione vel rescripcione indigeant qualicumque dictus vicecancellarius circa huiusmodj reformationes assignaciones et nouas collaciones aut defectus alios eciam de die signati rotuli^s facere valeat et supplere que fuerint opportuna.

Jtem concedatur eisdem / et in qualibet supplicatione pro repetitis habeatur quod omnes / et singule petitiones infraposte transeant sine examine / et absque alia lectione / et quod quilibet eorum in sua diocesi aliis non sue diocesis preferatur

Procuratori nacionis

Fol. 158 r. Magistro Johannj Thorstani presbitero Strenginensis diocesis in regno Swecie de canonicatu / et prebenda ecclesie Vpsalensis si qua vacat ad presens vel cum primum vacauerit dignemini prouidere / Non obstante quod idem Johannes canonicatum et prebendam ecclesie Strenginensis ac ecclesiam parrochiam dictam Flodha eiusdem diocesis pro presenti noscitur obtinere · quorum beneficiorum redditus et prouentus in studio ad summam · xxx · florenorum minime se extendunt Et cum alijs clausulis et non obstantibus opportunis etc. Fiat B ·

Fol. 160 r. Datum Auinione · 4^v · kalendas⁴ decembris anno primo ·

I vänstra marginalen fol. 158 r vid stiftsnamnet: V.

¹ Sic. ² Härefter upprepat ad collacionem. ³ Härefter upprepat rotuli. ⁴⁻⁴ Ändrat från viij jdus. I högra marginalen anmärkes: cassatum (överstruket viij jdus) in originali per dominum vicecancell[arium] et additum v. kalendas . e[] hic per Johannem de mandato ipsi[us] domini ad preceptum d[omini] nostri pape

6713.

1362 november 28.

Avignon.

Urban V befäller biskopen i Paris att låta providera Johannes Thorstani, prästvigd kanik i Strängnäs, magister in artibus och studerande vid artes-fakulteten i Paris, med kanonikat i Uppsala och reservera första lediga prebende därstädes för honom. Johannes Thorstani får alltjämt behålla kanonikat och prebende i Strängnäs samt Floda sockenkyrka av Strängnäs stift, vilkas sammanlagda avkastning ej överstiger 30 guldfloriner årligen. — Jfr suppliken, SD 6712.

Reg. Auin. 150, fol. 382 v—383 v (fol. 378 r: De canonicatu sub expectatione prebende domini Urbani pape · V · anni primi · Q XII ·), Vatikanark.

—
x
x

Venerabili fratri episcopo Parisiensi Salutem etc. Dignum arbitramur et congruum vt illis se reddat sedes apostolica graciosam · quibus ad id propria · virtutum merita · laudabiliter suffragantur · Volentes itaque dilectum filium · Johannem Tharstani¹ canonicum Strenginensem in artibus magistrum · in presbiteratus ordine constitutum et vt